



Maturité gymnasiale 2016

EXAMEN DE L'OPTION SPECIFIQUE LATIN : traduction

Durée : 3 heures

Matériel autorisé : « *Le Gaffiot* », Dictionnaire latin-français de poche, « *Latin 3^e* » éd. Hatier (exemplaire personnel du candidat) et « *Le Petit-Robert* », Dictionnaire français (ouvrages mis à disposition par l'école)

La vraie vue est celle de l'esprit

Selon la tradition antique, de nombreux philosophes, écrivains ou devins étaient aveugles, sans pour autant que leur perception de la réalité ou leur imagination n'en ait été affaiblie. Bien au contraire...

- 1 Diodotus Stoicus caecus multos annos nostrae domi uixit. Is uero, quod credibile uix esset, cum in philosophia multo etiam magis adsidue quam antea uersaretur et cum fidibus Pythagoreorum more uteretur cumque libri noctes et dies ei legerentur, tum, quod sine oculis fieri posse uix uidetur, geometriae munus tuebatur uerbis praecipiens discipulis, unde, quo, quamque lineam
- 5 scriberent. Asclepiadem ferunt, non ignobilem Eretricum philosophum, cum quidam quaereret, quid ei caecitas attulisset, respondisse, puero ut uno esset comitator.
Democritus luminibus amissis alba scilicet discernere et atra non poterat, at uero bona mala, aequa iniqua, honesta turpia, utilia inutilia, magna parua poterat, et sine uarietate colorum licebat uiuere beate, sine notione rerum non licebat. Atque hic uir impediri etiam animi aciem
- 10 aspectu oculorum arbitrabatur, et cum alii saepe, quod ante pedes esset, non uiderent, ille in infinitatem omnem peregrinabatur, ut nulla in extremitate consisteret. Traditum est etiam Homerum caecum fuisse; at eius picturam, non poesin uidemus: quae regio, quae ora, qui locus Graeciae, quae species formaque pugnae, qui motus hominum, qui ferarum non ita expictus est, ut, quae ipse non uiderit, nos ut uideremus, effecerit? Quid ergo? Aut Homero delectationem
- 15 animi ac uoluptatem aut cuiquam docto defuisse umquam arbitramur?
Itaque augurem Tiresiam, quem sapientem fingunt poetae, numquam inducunt deplorantem caecitatem suam; at uero Polyphemum Homerus cum immanem ferumque finxisset, cum ariete etiam colloquentem facit eiusque laudare fortunas, quod, qua uellet, ingredi posset et, quae uellet, attingere. Recte hic quidem; nihilo enim erat ipse Cyclops quam aries ille prudentior !

Cic. *Tusc.*

Diodotus Stoicus
esset = est
fides, ium f. pl.
Pythagorei, orum m. pl.
munus tueri + G.
praecipio, ere, cepi, ceptum
Asclepias (-adis m.) Eretricus
caecitas, atis f.
puero ut uno esset comitator
scilicet
acies, ei f.
aspectus (-us m.) oculorum
peregrinor, ari, atus sum
pictura, ae f.
poesis, is f. (poesin = acc.)
expingo, ere, pinxi, pictum
efficio, ere, feci, fectum (ut + subj.)
delectatio, onis f.
umquam
Tiresias, ae m.
induco, ere, duxi, ductum (sujet : poetae)
at uero
Polyphemus, i m.
immanis, is, e
aries, etis m.
nihilum

Diodote le Stoïcien (dont Cicéron suivit l'enseignement)
la lyre
les Pythagoriciens
remplir la fonction de professeur de
enseigner, expliquer
Asclépiade d'Érétrie (philosophe grec)
la cécité
qu'il avait gagné la compagnie d'un jeune esclave
évidemment
la vivacité
la vision
voyager
la description, le tableau
la technique poétique
dépeindre, décrire
faire en sorte (que)
la satisfaction
une seule fois
Tirésias, devin aveugle dont parle Homère
représenter, mettre en scène
pour donner un exemple contraire
Polyphème, Cyclope qu'Ulysse aveugla d'un pieu enflammé
cruel, monstrueux
le bélier
en rien

